BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 41r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



byssus et purpura indumentū eius; Uerū iohan
nes unius coloris figurā exponens. ceteros etiam
figuraliter interpretandos insinuat; Byssus ergo
quae de terra quidem oritur. sed eruta de terra longo
exercitio siccandi tundendi purgandi coquendi
et nendi gramineū solet perdere. et candidū in se
se recipere colorem; Corpora designat castitatis
nitida decore. quae cum carnis quidem in lecebris
nascentia magno continentiae labore quasi natiuum
exsudant humorē. atq; ad decorē dō digne puri
tatis sollerti ieiuniorū et uigiliarū orationū et
lectionis patientiae et humilitatis instantia peruenient;
De quib; recte possit illud apostolicū dici; An nesci
tis quā membra uēra templū est spūs scī qui in uob est.
Retorquetur aū haec byssus in cortinas tabernaculi.
quō non modo lumbos carnis. uerū etiā petrus
admonet lumbos mentis nrae in sobrietate succin
gi; ut uidelicet et carnē a lasciuis motibus
et cor ab in lecebrosis refrenemus cogitationibus;
Hiacynthus quā aeris et caeli speciē imitatur. eo
rundem mentes electorū omni spe ac desiderio cae
lestia quaerentes signi[illegible]ficat; cuius nob colo
ris sacramentū commendans apls ait; Si consur
rexistis cū xpo quae sursum sunt querite ubi xps est.